ANTO. Præceperet trãſlatio ab his q ĩ matura poma legunt. Præripis inqt alienos amores. Turpiť per adulterium. Poſtmodo deinceps meis amonitus uerbis. De uacuis non pactis. Vindicet promiſſo cõiugio ſuã dicat. Nõ uacat uiro nõ caret. Pacti humani. refellit aduerſarii iura p cõtentionẽ inqt pactum quo arguis Cidippen eẽ tuam hoies fecerunt meum uero diuinum eſt. Iccirco quod a pacto arguas. Par qm̃ tuum humanum eſt pactum meũ uiro diuinũ. Hæc mihi ſe pepigit. firmat cãm a cognatione. Primus ab illa: cuius ius ſecundũ eſt cũ illa incognitione ſibi prima ſit cuiqꝫ a natura de ſe qđ uult liberꝫ ẽ facere. Homines habuit teſtes. Teſtificata deã dianã adhibuit teſtẽ. Mẽdax q fallit hoiem medacem appellamus periurum uero qui diis immortalibus fidẽ nõ ſeruauit. Hæc cubat febre uerſať Cydippe. Ille. pater q filiã alii deſpondit uiro. Diſſimili mẽte arguit ab iniqtate facti uñ monſtret. Dianæ irã non fore iniuſtã cum humana diuis ꝓpoſita uideanť. Tu petis ex uoto es uoti cõpos. nũc qm̃ ferus hic ĩ odiũ aduerſariũ trahit: cuius facta crudeliter recenſet. Cã iniq: qm̃ ñ is: ſed ego tibi maritus eẽ deberem. Hic culpa admiſſi uiri. Hoc faciente peccato huius. Qui mouet in te Cianæ iram concitat Et tu continuo: ſuaſio ab utili. Valebis ꝗ primum ſi repuleris ad miſſum urſum: Templa cõſcia. Dianæ ſacrifices. Et ſine teſte fides ñ tm̃ boues mactati. uerꝫ uitæ integritas litat. Ferrũ patiunť & ignes morbis alii ferro alii igne curanť Sucus ama triſte poculũ quod græci pharmaco appellãt. Illis aut ferro aut poculo.

VBER. Quis tibi apoſtrophã facit ad illũ medicũ: q hæc faciebat apđ Cydippen. dicẽs eũ ñ hẽre ius ĩ cã: q ſibi añ ſit ꝓmiſſa. Præcerpe ꝑcipe põt mõ poſt hac. Si facies iſtud. ſi eã tetigeris & oſculatus fueris. Eris adulť qa cõtractabilis alienã uxorẽ De uacui de his puellis q̃ nondũ ſunt obligatæ alicui. Vindicet. aſſerat. aſſumat. Dñm ſuum eſt ſub domino alterius eſt trãſlatio a poſſeſſiõibus q̃ dicunť eẽ dñi alicuius Recitetť ꝛlegať. Formula pacti uerba formalia qbus mihi ꝓmiſit. Alterius thalão increpat illũ ut ab amica ſua diſcedat. Non uacat non. eſt uacuus. Nam quod reſpondet obiectioni. quia poſſet dicere eam ſibi per patrem eius deſponſatam. dicit plus ualere promiſſionem factam per eius patrem. Primus ab illa primus poſt illam. Propior ſibi quam patri quia quiſqꝫ ſibi eſt proximus: Iurauit: quod plus eſt q̃ ſimpliciter ꝓmittere. Ille pater. Homines. ſ. eſt teſtificatus. i. promiſit ĩ præſentia hominum. Maior metus. ſ. mẽdacii. uel periuri. Euentus: exitus. Hæc: Cydippe. Cubat ægrotat. Horatius cubat hic in ualle quirini. Valet. ſanus. eſt. Nos: ego. Et ſubimus certamina. i. certamus de Cydippe habenda uxore Diſſimili mente. i. diſſimili ꝓpoſito & intentione. Ex tuo qa ſi nõ habueris eã nihil periculi tibi erit. Repulſa eſt gra. mi. mor. i. mihi erit grauius eã ñ hẽre: quã ſi morerer. Credere ignibus meis. nõ occupare meos amores qui fuerũt priores tuis. Iniqua: in qua ius nullum habet. Ad quid reddit. q. d. ad malum tuum. Hic facit. nititur adducere illum in odium. Cydippe. Hoc fa. i. hoc exiſtente cauſa. qui mouet. ſ. pericula. Cadat: moriatur. Quem dea damnat. quem dea habet inuiſum. Et tu cõtinuo. i. ſtatim ſubaudi eris ſalua. Potiere ſtabi: ſal. i. habebis ſanitatem ſtabilẽ ſi ſeruaueris fidem: Colas uenereris. Non bo. & qa poſſet diceť ſe facere ſacrificia multa dicit deos inſpicere fidẽ: & nõ ſacrificia: ut Eſaiæ c. i. Quid mihi in multitudine uictimarum ueſtrarum quia multiplicaſtis mihi ſacrificium de arietibus & carnibus hyrcorum. ego. enim contempſi ſanguinem uitulorum & cetera: Et ſine teſte. ideſt etiam ſi nullus ſcire aliquid eſſe. promiſſum. Vt ualeant arguita maiori ad minus.

Quis tibi ꝓmiſit noſtras precerpe meſſes?
  Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?
Ille ſinus meus ẽ: mea turpiter oſcula ſumis.
  A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle mãus. quã tãgis nr̃a futura ẽ:
  Poſtmodo ſi facies iſtud adulter eris.
Elige de uacuis: quam non ſibi uindicet alter
  Si neſcis dominum res habet iſta ſuum.
Nec mihi credideris. recitetť formula pacti.
  Neu falſam dicas eſſe: fac ipſa legat.
Alterius thalamo tibi nos tibi dicimus exi.
  Quid facis huic exi: non uacat iſte torus.
Nã qđ habes: & tu hũani uerba altera pacti
  Non erit iccirco par tua cauſa meæ.
Hæc mihi ſe pepigit: pater hãc tibi ꝑrimus ab (illa
  Sed ꝓpior certe q̃ pater ipſa ſibi ẽ.
Promiſit pater hanc: hæc adiurauit amanti.
  Ille homines. hæc eſt teſtificata deam.
Hic metuit mendax. ſed & hæc piura uocari.
  Num dubitas hic ſit maior. an ille meus?
Deniqꝫ ut amborũ conferre pericula poſſis
  Reſpice ad euentus. hæc cubat: ille ualet.
Nos quoqꝫ diſſimili certamia mẽte ſubimus
  Nec ſpes par nobis: nec timor æquus adeſt.
Tu petis ex tuto grauior mihi morte ꝛpulſa ẽ
  Idqꝫ ego qđ iam tu forſan amabis: amo.
Si tibi iuſticiæ: ſi recti cura fuiſſet.
  Credere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniã ferus hic ꝓ cã pugnat iniqua.
  Ad quid cydippe littera noſtra redit?
Hic facit ut iacias & ſis ſuſpecta dianæ.
  Nunc tu ſi ſapias limen adire uetes.
Hoc faciente ſubis tam ſęua pericula uitę
  Atqꝫ utinã pro te qui mouet: ille cadat
Quẽ ſi repuleris nec quẽ dea dãnat amaris
  Et tu continuo: certe ego ſaluus ero.
Siſte metum uirgo ſtabili potiere ſalute.
  Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Nõ boue mactato cœleſtia numina gaudent
  Sed quę præſtanda ẽ: & ſine teſte fide.
Vt ualeant aliæ ferrum patiuntur & ignes
  Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.



ANTO. Vita periura: nõ ſis Dianæ periura: Præter ĩ te ueniã ſtatus eſt qui uenialis dicitur ſumptus ab ignorãtia: poteris quæ ante hac acta ſunt ignorãtia excuſare: & ueniã mereri: deiceps admonita eris: periurii rea. Voce mea meis litteris ĩ memoriã illa tibi reduxi. Caſſibus: malis q̃ te urgent. Ferre aduerſa pati. His quoqꝫ uitatis eſto ut ꝑſentis caſus uites Luciferas. Diana & lucina nũcupata ẽ quæ parturiẽtibus præeſt ut ꝑcri. Var. hæc audiet tuas iplorationes. De quo acontio an alio. Votũ: ĩ partu ages uota. Scit nouit te diis ꝓmiſſa nõ ſeruare. Nõ agiť de me meas moleſtias ɔtẽno. Cura maiore: ea erat de amicæ ſalute. Dubii de ſalute ancipites. ignotos culpæ: qui cãm tui mali ignorãt. Nil roboris ẽ: æqua tua cã & nil niſi honeſtum habet.

Nil opus ẽ iſtis: tantum periuria uita.
  Teqꝫ ſimul ſerua: meqꝫ: datamqꝫ fidem.
Præteritæ ueniam dabit ignorantia culpę.
  Exciderant animo fœdera lecta tuo.
Admonita es mõ uoce mea: cũ caſibus iſtis
  Quos quotiens tentas fallere: ferre ſoles.
His quoqꝫ uitatis: in partu nempe rogabis
  Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hec: repetens que ſunt audita reqret
  Ipſa tibi de quo coniuge partus eat
Promittes uotũ: ſcit te promittere falſo.
  Iurabis: ſcit te fallere poſſe deos.
Non agitur de me: cura maiori laboro:
  Anxia ſunt uite pectora noſtra tue.
Cur modo te dubii pauidã fleuere parentes
  Ignaros culpe quos facis eſſe tue?
Et cur ignorant? matri licet omnia narres.
  Nil tua cydippe facta ruboris habent.
Ordine fac referas: ut ſis mihi cognita primũ.
  Sacra pharetrate dum facis ipſa dee.
Vt te conſpecta ſubito: ſi forte notaſti
  Reſtiterim fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror: nota certa furoris:
  Deciderint humero pallia lapſa meo.
Poſtmõ neſcio qua ueniſſe uolubile malum
  Verba ferens doctis inuidioſa notis.
Quod qa ſit lectũ ſancta preſente diana
  Eſſe tuam uictam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret ſcripti ſententia que ſit
  Lecta tibi quõdã nũc quoqꝫ uerba refer
Nube precor dicet: cui te bona numia iungũt
  Quẽ fore iuraſti: ſit gener ille mihi.
Quiſqs is placeat: quoniã placet ante diane
  Talis erit mater: ſi modo mater erit.
Si tamen & querat quis ſim: qualiſqꝫ uideto
  Inueniet nobis conſuluiſſe deam.
Inſula coriciis quõdã celeberrima nymphis

Ordine fac referas p cãm breuiter enarrat ut acta res eni dianæ æde. Cognita: ad cõiugiũ prouocata. Deæ pharetratæ: dianæ cuius arma ſunt arcus & pharetra Fixis genis. i. amãtis ſignũ. Deciderũt pallia: ſtuporis idiciũ ẽ Doctis noctis: litteris callide ſcriptis iunctã: fidẽ: mihi ꝑſtitam de ɔiugio. Iungũt: cõiugẽ promittũt. Talis: ĩ hac ſentẽtia ꝑſtiterit. iſula coryciis cõmẽdatio a patriæ ꝑſtãtia. quã dicit cultã a muſis: quoniã ex cea iſula fuere ſimõides poeta: ut aucto ẽ Stra. & ex fratre filius bachilides. Corycias nymphas nõ ut iſcite aliq putauerũt dicimus a coratio iſula diane ſacra: ſed de Corycio ãtro ĩ parnaſo muſis ſacrato. iõ ĩ metamorphoſi ẽ cũ deucaliõ & pyrrha parnaſũ conſcẽdũt Corycidas nymphas & numia mõtis adorãt.

VBER. Succus ama medicia ex ſucco amaꝝ herbaꝝ. Iſtis: ſuccis amaris. Tm̃: ſolũmõ. ignorãtia qa tu neſciuiſti te offendiſſe dianã & iõ hæc tibi accidere Exciderãt aio. i. memoria. Admõita: reductã ĩ memoriã. Cũ iſtis ca. iſtis iſœlicitatibꝰ ægritudis. His quoqꝫ magicis ẽt terret eã. ut caueat lædere dianã: qa ſi ẽt nũc uitaret caſus febris tñ adhuc egeret eius auxilio ĩ ptu qa iuocabať a pientibꝰ. Luciferas. adiutrices q̃ fœtũ in lucẽ ferãt. Reqrat de quo ɔiuge partus eat tibi. i. uolet ſcire ex quo marito pepis qa ſi ex alio pies q̃ ex me dicet te eẽ piurã & iõ nõ eẽ iuuãdã. Promittes uotũ qa poſſet dicere ſe facturã uota. Falſo: ſicut falſo p eã iuraſti te futurã uxorẽ meã. iurabis: ſi iurabis: poſſe fallere deos: ſic ſemel fefelliſti eã laboro. ãgor maioť cura q̃ de me. Cur mõ. q̃riť ꝙ fuerit ĩ piculo mortꝭ & ñ dixerit pentibꝰ ſuis cãm: qa nihil ſciebãt de illo pomo: pudebat. n. eã dicere ſi parẽtibꝰ: uñ hortať ut dicat: qa hoc factũ nullã hẽt turpitudinẽ dubiã: poſita ĩ piculo mortis. Iuue. Current dubii medicis maioribꝰ ægri licet fas ẽ Matri: puellæ. n. ſolẽt audacius matri q̃ patri ſecreta ſua dicere. ordie ꝓponit eĩ oĩa: q̃ uult ut narret matri. Reſtiterim ꝓ ſteterim. Genis: oculis pallia ueſtes. Deciderit humero. ceciderint ex corpore meo nota certa furoris: certũ ſignũ uehementis amoris qñ aliqs ẽ ita abſtractus aſpiciẽdo amicã ꝙ nõ ſentit ueſtes cadere ex hũeris ſuis. poſt mõ. ſcilicet referas. Malũ uolubile: pomũ rotundũ. neſcio q̃. ſ. pte tẽpli. Ferẽs habens ſcripta. Quod pomũ. Victã obligatã mihi. Refert uerba: dic ei uerba formalia iuramẽti. Dicet mr̃ tua. Cui. ſ. mihi. Quiſqs ẽ: ẽt ſi eẽt mihi ignotus. Debet placere mihi qa placet dianæ. Talis: q̃ ita tibi ſuadebit. Si mõ mr̃ erit. ſi uere te materno afectu amabit. Si tñ iqret: ſi uolet ſcire qs ſim. iueniet deã ɔſuluiſſe nobis. i. nobis ꝓuidiſſe: & nõ dediſſe tibi maritum idignũ. Inſula: dicit ſe eſſe cæo iſula q̃ ẽ ĩ ægeo mari: ut ſupra ĩ argumẽto dixi: q̃ ꝓbať nõ ignobilis qa oli celebrata fuit a nymphis Coryciis: cauẽdũ ne legať Corynthis: qa nec ſenſus nec ratio metri patiť. ſed Coryciis ita dictis a corycio antro ĩ pnaſo: de quo Stra. ſic iqt. Vniuerſus parnaſus ɔſecratus exiſtit & ãtra & alia loca ſãctitatẽ digna ɔtinẽs ex qbꝰ celeberrimũ & formoſiſſimã extat. Coriciũ niphaꝝ antꝝ eodẽ quo & Cyliciũ noie nũcupatũ. dicit ergo ĩ Cæo oli fuiſſe nymphas corcias: de qbꝰ Oui. li. i. mata. Corycidas nimphas



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

& nun ina mortis adorat.ubi male quidam legunt corityades.Inſula ceæ:adiectiue dixit:ſicut inſula Chia.pro chios illa iſula.Nec ſi generoſa probaris nomina.i.ſi ēt placet nobilitas tibi.Nec arguor:nō ꝓbor.Ortus auis deſpectis.i.nō ſum natus uilibus & ꝯtēptis maioribus.Sūt & opes:laudat ſe reliqs qbus amātes ſolent ſe laudare.Vtq̄ nihil.Vt.i.q̄uis nihil iungat me tibi āplius.Amor ē mihi.i.certe amo te.Appeteres.i.appetere deberes Vel.i.ēt.Nō iurata:ſine iuramento. Hæc tibi:dat auctoritatē ſuis ſcriptis.dicens ſe ſcripſiſſe mon u:Dianæ & amoris.E q̄ibus.Diana & amore.Sagittæ alterius.ſ.amoris.Nocuere:quia pcuſſerūt me.Tæli alterius.ſ.Dianæ.Iuncta ſalus noſtris id eſt mea uita eſt coniuncta cū tua:ita ut te piclitante ego etiā ſim periclitaturus.Duobus tibi & mihi.Quod ꝯtigerit ut feras opē ambob.i.ut mihi nubas Cum iā data ſi.ſo.dicit qn̄ celebrabunt̄ feſta Dianæ i delo & offerent̄ ei ſacrificia uotiua.tūc acōtius ſuſpendet in tēplo de effigiē pomi aurei:in quo duobus uerſiculis teſtificabat̄ Cydippen ſeruaſſe quæ i eo pomo ſcripta legerat & iurauerat.Cū data ſigna ſo.qa ſonitu tubaꝝ uocabant̄ ad ſacrificia. Dælos iſula ubi colitur Diana.Erit tincta.i.maculata Sāguie uotiuo:ſanguine uictimaꝝ ex uoto iterfectaꝝ.Rata:ualida habuiſſe effectū.Lōgior:dicit ſe nole plura ſcribere:ne ꝓlixitate fatiget:& afficiat moleſtia ipſā cidippē ægrotātē & īfirmā:ordo ē ualde ocydippe:ne epiſtola longior laſſet corpꝰ tuū infirmū:& ut ſit clauſa.i.cōcluſa ſine ſolito.qa finis epiſtolaꝝ ſolet eſſe uale.

ANTO Cæa Cæam iſulā ſolet eſſe diximus ubi lex erat:ut Menander notauit:ut ſexagenarii iterimerent̄ aqs in iſula.Nihil nec patriæ ꝓſtantiā nec antiquū genus eſto nō ꝓbes:ſolus amor me tibi ꝯciliare deberet Hæc tibi me i ſōnis colligit epiſto.q̄ cōmēdat ab auctoritate deoꝝ ſōniis ſimilitudinē afferēs:& diana & amor hāc ut tibi ſcriberē epiſtolā iuſſerūt.Alterius:cupidinē itelligit:cuius uiolētia uexabat̄.Alterius Dianæ:cuius ira cydippe uexabat̄.Iuncta.qm̄ neut̄ ſine ſalute alterius ualere poterat. Tua iura marita.cū mihi matrimonio eris iuncta.Sanguine uotiuo:mactate erunt hoſtiæ quas pro te & tuo coniugio uoui.Ponet̄ imago:aureū malū in æde dianæ ſuſpendā.Cauſa ſacrati mali.Effigie pomi:huius pomi dedicatio teſtimonium exhibebit.Fuiſſe rata:ad uota ſucceſſiſſe.Cōſueto fine uale:nō mō in fine:ſed i pricipiis ueteres ponere conſueuiſſe ſcribit Seneca.

Cingitur ægæo nomine cæa mari.
Illa mihi patria eſt:nec ſi generoſa probaris
Nomina deſpectis arguor ortus auis.
Sunt opes nobis:ſunt & ſine crimine mores:
Amplius utq̄ nihil:me tibi iungit amor.
Appeteres talem uel non iurata maritum:
Iuratæ uel non talis habendus erat.
Hęc tibi me i ſōnis iaculatrix ſcribere phœbe.
Hæc tibi me uigilians ſcribere iuſſit amor.
Equibus alterius mihi iā nocuere ſagittæ
Alterius noceant ne tibi tela caue
Iuncta ſalus noſtra eſt.miſerere meiq̄ tuiq̄
Quid dubitas unam ferre duobus opem?
Quod ſi cōtigerit cū iā data ſigna ſonabunt
Tinctaq̄ uotiuo ſanguine delos erit:
Aurea ponetur mali felicis imago.
Cauſaq̄ uerſiculis ſcripta duobus erit:
Effigie pomi teſtatur acontius huius:
Quæ fuerint in eo ſcripta fuiſſe rata.
Longior infirmū ne laſſet epiſtola corpus
Cauſaq̄ conſueto ſit tibi fine:uale.

## Cydippe Acontio.

In.xx.epiſtolam Argumentum.

d Elos Inſula ægeo eminet:q̄ eā circundant.iſulæ Cyclades appellat̄:urbē habet in planitie ſitam & Apollinis Latonæq̄ templū iſtabilis olim fuit:ſed appropinquante Latonæ ptu:ut ſcribit pyndarus immobilius ſtetit quatuor adamantimis columnis nixa:magno i honore eſt habita ab heroicis tēporibus:ab omnibus oris in hāc inſulā ad ſacra publica cōueniebāt.Cætuſq̄ uirginum ſacra miniſtrabat:qbus cū adeſſet cydippe accepto iſidioſo pomo uiſa eſt ſe acontio uxorē paciſci.eius pater alii deſponderat:ſub nuptiarū tēpus febre correpta eſt cū excepiſſet id ſibi Dianæ idignatione ꝯtigiſſe cōceſſura in acontii uota reſpondit.ſed ſæculorū incuria quantum ex uetuſtis codicibus obſeruare potuimus præte uerſus duodecim epiſtola tota deſiderat̄.Reliqui quicquid legitur adulterinū eſt.

p Ertimui ſcriptumque tuū ſine murmure legi.
Iuraret ne quos inſcia lingua deos
Et puto captaſſes iterum:niſi:ut ipſe fateris:
Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui.ſed ſi tibi dura fuiſſem.
Aucta foret ſæuæ forſitan ira deæ.

Pertimui.ne quid doli tuæ apportarent litteræ.Scriptū.epiſtolam.Sue murmure.nemine.audiente.Inſcia.impendens & quæ tuas Inſidias non norat.Captaſſes iterum rurſus me capere tempeſtaſſes. Dura.inexorabilis.ut tuas litteras non legiſſem.

VBER Pertimui.licet qdā addiderit multa carmia q̄ i nullis codicibꝰ repiebant̄.puto tñ illa nō eē.Qui.nā ex eadē officia exiſſe nō uident̄ & egrotantē puellā ueriſimile breuiter rn̄diſſe.itaq̄ nō iterꝑtabor ea q̄ dicta ſunt.q̄ tñ ſi qs uelit uidere.nō hēt multū difficultatis & qm̄ ſunt reſpōſiua ad ꝓcedentē epiſtolā facile itelliguntur.Rn̄det cydippe ſ ꝓtimore nō auſam fuiſſe legere epiſtolā acontii.uerbis clare prolatis.ne iterū iuraret.ſicut quādo legit pomū.& dicit ſe fuiſſe in uoluntate non legendi.niſi ꝙ dubitauit ne diana magis iraſceret̄.q̄ dicit nimiū fauere ipſi acōtio.cū æquius eſſe ꝙ ſibi fauere.quia uirgo deberet fauere uirgini.pertimui.cū mihi reddita eſt epiſtola tua.Sine murmure.ſine prolatione uerboꝝ.ſed tantum oculis & animo pcurrens.



ANTO. Captaſſes:decipiſſes:Vt ipſe fateris:nā dixit ꝓmiſſam ſatis ē te ſemel eē mihi.Dura:aſpera in nō legēdo ſcriptū tuū.Sæuæ:iratæ.Cū faciā oia i honorē dianæ:& ꝓcer ipſā.Dē pia thura.i.faciā ei ſacrificia thure.Fauet tibi plus iuſta pte.i.plus æquo tuet̄ ptes tuas.Vindicat te.facit uindictā ꝓ te.Vt cupis credi:qa tu dicis mihi ꝙ hæc ē cā q̄re ægroto dixit.n.ipſe.Dicendū tñ ē hoc tu mihi crede ꝙ ægra ipſo nubēdi tpe ſæpe iaces Conſuluit ipſa tibi.Talis in hyppolito:non tm̄ fauit hyppolito ſuo quem etiam ſecundum quoſdam per Eſculapium a morte ad uita reuocauit.ut.Vergili.ſcripſit:licet.Hora.aliter dicat.Talis tam fauorabilis.in ſuo hyppolito.pro in ſuum hyppolitum.Archaiſmos:ſic Vergi.Talis in hoſte fuit priamo. Melius iuſtus.Virgo ipſa diana uirgo. Fauiſſet annis uirginis:mei cydippes:quæ etiam ſum uirgo. Quos annos. Vereor.timeo. Ne uellit eſſe paucos mihi quia timeo ne uelit me cito mori.

Omnia cum faciā:cum dē pia thura dianæ
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Vtque cupis credi:memori te uindicat ira.
Talis hippolyto uix fuit illa ſuo.
At melius uirgo fauiſſet uirginis annis.
Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi.

ANTO. Oia:& uota ſacra i hyppolito ſuo.quem æſculapius dianæ ꝓcibꝰ ad uitā deduxit:poſtq̄ ab eqs diſtractus ē:appellatuſq̄ uiribꝰ:i arcino nemore ſeruāndū nymphæ ægeriæ cōmiſit:iō cautū ē:& eq arici num nemus nō intrarēt:quoniā hyppolitū diſtraxerint.At melius uirgo:ab ætate & ſexu eſt uirgo inquit uirgini fauere debuiſſet paucos:nam diuturna febre uexata de ſalute deſperat.

In heroidas hæc habuimus:ut ad te q̄ emēdatiſſima mitterēus:quæ ut i academicis.Varro.quoniā idocti doctiq̄ nō forēt ꝓbaturi edere nō dubitauimus.Cupimus.n.iuidi beniuoliq̄:qualeſcūq̄ legant illa:ut aliena ex merito ſi qua eſt laude rūpant̄.Hi uero tecū meis uigiliis & laboribus gratulentur. Finis.

VBER. Sed ne quis putet me prætermiſiſſe eorū quæ ſequunt̄ explanationē propter difficultatē aut ignorantiā locoꝝ exponā locū qui omniū difficillimus putat̄:de quo a multis rogatus ſum.q ſe uiros doctos fruſtra ꝯſuluiſſe dicerēt:qbus tam uiua uoce dixi:quid ſentirē.is locus ē.Miror & inumeris ſtructā de cornibus arā.Et de qua pariens arbore nixa dea ē.Arā ſtructā de cornibus aram dianæ intellexit:quæ ita erat ſtructa quoniā ipſa eſt dea uenationis:cuius indicia ſunt cornua ferarum:aut de cornibus tantummō ceruorum factam intelligit:qui ſunt in tutella dianæ.Arbor de qua dea pariens eæ nixa:quæ ſit ipſe.Ouidii aperte declarat lib.vi.meta.his uerſibus.illic incūbens cū palladis arbore planæ.Edidit iuita geminos latonam nouerca:arborē igit̄ plane & oliuæ ſignificat:cui incumbens latona Dianam & Appollinem peperit hoc autem in Dælo fuit.

Idem Vbertinus

Hæc iterꝑtatiōe Epiſtolaꝝ Heroidū Ouidii nō ad oſtentationē ingenii:aut doctrinæ:ſed ad communem utilitatē ab Vbertino cognomie clerico creſcentinati edita eſt in loco caſalis ſancti Euaxii.Anno ſalutis humanæ.M.cccclxxxi.Octauo idus ſeptēbris ꝓdicto Vbertino artē dicendi in ipſo loco Caſalis publice interpretante ſalario & ſtipe & ipſius ciuitatis:& in primis illuſtr.Ecel.q̄ Guliermi.Marchiōis Mōtis ferrati.Sacri romani iperii pricipiis:uicariiq̄ ꝑpetui:ac ducalis Mediolanēſiū Capitanei generalis bello paceque clariſſimi anno ius Marchionatus fœliciſſimi decimo ſeptimo:anno uero ſeptimo ex quo Caſalis oppidum ipſius preſtantiſſimi principis beneficio & munere ciuitatis nomen epiſcopatus decus.& deniq̄ nō minus morum q̄ ædificiorum reuocationem adeptum eſt.

Laus Deo.

## Ad Franciſcum Aragonium Ferdinandi Regis Nep·F.

d Omitius Fräciſco Aragonio Salu.Mirificū ē ſtudiū meū Frāciſce & uolūtas q̄dā ægregia in eos qui de ſe ſpem aliquā ꝓbitatis & idolē ꝓbent:neq̄ ullū finē facio cogitādi de his quæ ad eos uel iuuandos uel ornandos ptinere arbitror.Quod cū de omnibus facere ſoleo tamē me id in primis debere exiſtio iis:qui uel populis aliquādo præfuturi ſunt uel nationū clientelas habituri.Video enim platonē philoſophoꝝ:ut ille ait:deū quom de ciuiū ſuoꝝ educatiōe multa ſapienter eloquentiſſimeq̄ præcepiſſet.Vnūq̄ iuuētutis moderatorē cōpluribus ſatis eſſe monuiſſet i filiis regiis quattuor educatiōis magiſtros reqſiuiſſe moribus & doctrina iſignes.Nimiꝝ maiore cura cenſuit plato formandū.qđ multorum oculis aliquādo exhibiturus erat:nā bonus priceps tā oibus cōmunis eſt q̄ lex ſanctiſſima & eq̄libi ciuium ſocietati acōmodata.Incredibilē tu regis potētiſſimi filius de te expectationē cōcitaſti:& quō iſta ætate ueluti i tenellis arboribus:floribus cōtenti eſſe ſoleamus:tu nobis iam formatos uirtutū fructus produxiſti in quo plane declaras te paternæ gloriæ magnitudinē &.ſplendorē nulla omnino ex parte ignorat̄ quom ad eam uel aſſequendā:qđ obtabile ē uel ſupandā id qđ ipſe fortaſſe cupiat nos certe uix ſperare audemus:tantis iā famē laudūq̄ ꝓſidiis te cōpares & cōtendas.hæc cū ex aliis accipio tum ex Curelio & militiaq̄ ampliſſimi diuiniq̄ pricipis Cardinalis tui Neapolitani nec neceſſariis.Hi.n.ſiue qđ domo ita ſæpe audiant ſiue ꝙ in te ꝓcipiā imortaleq̄ obſeruantiā ꝯtulerūt:de te mecū & frequenter & honorifice loquuntur i primiſq̄ de litteraꝝ ſtudio.Quo in genere quom ab ineūte etate uerſatus ſim ſtatui eſſe cū inſtituti mei qđ initio ꝓpoſui:tū ſuſcepte de te opinionis aliqd mittere.qđ ꝑ eſtatē i tua iſta fœlici cāpania aliq̄do legas:nō tā qdē ꝙ hæc boni pricipis animū formare poſſint q̄ relaxare.Scio.n.placere iis:quos tecū habes.ut uel luſibus animū interdū.grauioruq̄ ſtudioꝝ curā remittas.Vbi uero tu aut libentius uelis ꝯqeſcere.aut honeſtius poſſis q̄ i litteris habes nihil.Quod ut neq̄ hoc tpe alienū uideat̄.neq̄ etate tua.efficere ſtudui.itaq̄ accipies a Domitio tuo hāc elucubratiūculā i ſappho Ouidii obſcurioraq̄ ꝑpertii loca i qbus ſi qd preterea deſiderabis dabis operā ut ſciā.Ego.n.tā libenter ꝑficiā q̄ ſtudioſe icepi.Simul agnoſces ciuem tuum papintum poetā quem proximis uigiliis oibus priſtinæ dignitatis famæq̄ ornamentis reſtituendum curaui.Vale ex urbe.



VNIVERSIDAD D SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

## Domitius in Sappho. Ouidii.

g Allias Methymnæus nulla lucubratiõe nobilior fuit q̃ iterpretatiõe poematũ alcei & Saphus tan
ta erãt æſtimatiõe e us mulieris ſcripta: qđ papi. in patris Epicœdio ſatis teſtatus ẽ cũ eã locauerit
iter antiquos uates. & Stra. rem mirabilẽ eã appellet. nullãq; i poetice cũ ea cõferri poſſe arbitratur
dederũt quidẽ operã poetice præter hanc tres Corynnæ de quibus in ſyluarum commentariis ſcri
pſimus. Erynna quæ ꝯcubina Sapphus: fuit. ut Euſtachius ſcribit ea Leſbia. ut alii putant rhodia uel Teia.
Poema cõpoſuit lingua Dorica tercentũ uerſibus opus abſoluit. quorum dignitas cum Homero cõtendit
dit. In eam illud epigramma græcum æditum eſt

Theano præterea mulier locris Lirica fuit & mœ
ro q̃ hymnũ in neptũnum cõpoſuit: & Carixena & praxilla: de ſapho. hæc ſuidas apud græcos. ſappho Simo
nis: ut alii putãt Enmenii: ut alii Erigii: ut ali Ecripti: ut alii ſemi alii ſemonis: Etarchi: alii non nulli ſcaman
dronyni: quibus aſtipulaẽ Hero. matre cleide: Leſbida ex ereſſo. Lyrica nata q̃dtrageſima ſecunda Olympia-
de quo tẽpor & Alceus & ſteſichorus & pythachus: tris fratres habuit. Laricũ: Caraxũ Eurigiũ: cercylle ui-
ro andrio ditiſſimo nupſit: cui filiã peperit Cleida nomie: amicas tris. Attidẽ Tæleſippã Megarã habuit qui
bus ad libinẽ uſa diciẽ. Diſcipulas. Anagoram: Mileſiã. Gorgilam: Colophoniã: Eunicã: Salaminiã ſcrip-
ſit libros Lyricos: nouẽ: pria plectrũ reperit: ſcripſit Epygrãmata: Elegias iambos: & Nænias. Sapho leſbia
ex Mytilene: Pſairia hæc amore phaonis Mytilenæi ex leucada ſe deiec t Nõnulli huic carmẽ liricũ tribuũt
hæc ſuidas græce: huius poemata laſciua fuiſſe indicat. Oui. Leſbia quid docuit ſappho niſi amare puellas
& in arte amãdi. Nota ſit & ſappho. quid enim laſciuius illa Horatius. Viuunt quæ cõmiſſi calores æoliæ
fidibus puellæ uiro Cercylla mortuo & cledie filia ſupſtite relicta in amorem phaonis icidit qđ pli. hærbe
tribuit. xxii. naturalis hyſtorie: ubi de centum capita ita ſcribit portentoſum quod de ea traditur radicẽ eius
alterutrius ſexus ſimilitudinem referre. Rara inuentũ: & ſi iuris contigerit mas: amabiles ẽt fieri ob hoc &
phaonẽ leſbiũ dilectũ ſappho: multeq; circa hãc nõ magorꝫ ſolũ uanitates: ſed ẽt pythagoricorꝫ hæc pli. q̃uis
mendoſe i nõnullis codicibus ita ſcriptũ ẽ ob hoc phaonẽ & leſbiũ dilectos a Sappho: & ita legẽda ſunt uer
ba pli. ut nos recitauimus iteꝝ. n. dilexit phaonẽ mortuo uiro: ut ẽt plautus ait: neminẽ p̃terea græco deniq;
Epigrãmate ab ãtipatro Sidonio. t q̃ decia muſa ornaẽ: poemata illius extant nulla. epiſtola hec Ouidii eſt
aliis heroidũ iſerta qđ corynna ſua teſtaẽ ad macrũ ſcribẽs cũ heroidũ noie ſe ad uiros ſcribere ait quodq; te
nens ſtrictũ Dido miſerabilis enſem dictat & aonie leſbis amica lyre & cũ noie uiroꝝ epiſtolas ſixit Sabi-
nus poeta phaonis quoq; nomine ſcripſit ad ſappho. de quo Oui. Quã cito de toto tidiit celer orbe ſabinus
Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis: & paulo poſt. triſtis ad hypſiphilẽ ab ianone littera uenit Dat notã phœ-
bo leſbis amica lyrã. i. accipit ẽt litteras a phaõe ſappo eũ nõ redituꝝ q̃re ſe de leucade deiecit atq; ita amore
liberata lyrã dicauit phœbo q̃ uouerat: nã ita ſcripſit: inde cheli phœbo cõmunia mũera ponã. Et ſub ea uer
ſus unus & alter erit hec ãt epiſtola ab ouidio cõpoſita affectus q mitiores ſunt copioſius exprimit: qua ulla
alia: nã eã locupletauit poeta & poematis Sapphus q̃ moliſſima ſunt ut etiã de Hom. multa tranſtulit. & ex
Odyſſea i penolope. & ex i iliade i Briſeide tñ ãt abeſt. ut hãc epiſtolã putẽ a ſappho ſcriptã ut ẽt ſtatuã inſeri
oportere epiſtolis ouidi. & ſtatim locandũ poſt. Didonẽ. Nã eo ordine poeta ſcribit ſiquidẽ eius uerſibus
credimus. paulo ante a nobis recitatis: ſed cũ aliis mollior eſſet uarietateq; blãdireẽ ſeorſum a nõnullis edi-
ſciẽ. ſcribiturq; ſola libelli nomen meruit & auctoris fidẽ inuenit mulieris lugentis cũ lachrymas & amãtis
decorꝫ omni ex pte impleat de huius ſaltu ad leucada. de charaxi amore i Rodopẽ ſuis locis dicemus. Inte
rea illud. obſeruãdũ ẽ ptes laſciuiores & ipudica uerba huic attribi. nã ſupra muliebrẽ cõditionẽ in amores
ardebat cũ nõ mõ uirꝫ pdite amauerit. ſed aliarꝫ quoq; mulierꝫ tribas fuerit. hoc ẽ iſultãdo i llas fricaret. nam
fricare ẽ qđ apud iuuenalẽ & Martialẽ diximus. & ab oratio maſcula ſappho appellaẽ. ea de cã
q̃uis porphyrio eum locũ interpretãs Ambigendo ſcribat maſculã dict. uel ꝙ operã peticæ dederit qđ uiri
uel ꝙ tribas fuerit. qđ & ipſa igenue fateẽ. q̃uis mutatis amicarꝫ noibus. nã q̃s amauit p̃cipue tres fueẽt athis
Thelleſippa & megara. ſed de his ſuo loco phaon in ſiciliã diſceſſerat puella amoris ignibus icenſa & plane
ardens cũ ab illo ſe ſpeni utereẽ. ſtatuit ẽt capitis pꝛiculo furorẽ lenire demiſſo corpore e leucade. ſed anteq̃ il-
luc accedat per icõſtantiã muliebrẽ tentãs. qđ deſpauerat hac epiſtola eũ reuocare ſtudet faciens abſenti iuui
diã ſue ꝯditiõis & calamitatis. quam omnibus comodis miſerabilẽ oſtendit. dum & uoluptates omnes
ſe abieciſſe ſcri. phaonis cauſa in tanto dolore carmen non ſuccurrere ſe lubrio eſſe fratri. Filiam paruam ſu
perſtitẽ. deniq; omnes miſericordiæ angulos excutit. non ſexus non fortunæ mutatio. non habitus non re-
rum omnium deſperatio. non quicquid miſericordiæ eſt & mouet prætermittitur.

n Vnquid ubi aſpecta ẽ. Principiũ ãt epiſtolæ iterrogationẽ habet & quidẽ figuratã. nã inſtandi ali
quando gratia iterrogamus. ut Quouſq; tandẽ abuere patiẽtia noſtra. Catillina nõ enim illic Ci-
ce. interrogat ut ſciat. ſed ut ita acrius urgeat. Interrogãus etiã quod negari nõ poſſit. aut ubi re-
ſpondendi difficilis ẽ ratio. aut iuidiæ gratia ut illud Medeæ apud ſenecã. Quas peti terras iubes
aut miſeratiõis: ut illud Sinonis. Heu quæ me tellus inqt quæ me æquora poſſunt accipere. Denique mul-
tis figuris iterrogamus. hæc ãt ſapphus iterrogatio ironiã quandam ſub oſtendit infenſa phaonis crudelita
ti ſui obliuionẽ expoſtulat atq; accuſat. Nihil enim aliud ſignificant quattuor primi uerſus niſi ſe iam deſe
ri. dũ abigunt an ſtatim ille agnouerit litterã: an neſcierit niſi legiſſet nomen quod ſcilicet exciderat. Littera
ſtudioſæ dextræ doctrinam ſuam indicat: cum inquit uideris characteres tam ſtudioſe & docte: formatos
an cognouiſti eſſe epiſtolam a me. Studioſe ſtudioſi boni dicuntur & litteris eruditi: mihi adeo late pate
re uidetur ut diligentem in ſuo genere artiſicem ſignificet ſtudioſum librarium pictorem atq; id genus.



Sapphus auctoris: i. niſi legiſſes me eẽ eã q̃ mitteret epiſtolã. Nã ita iſcripta erat Sappho phaõi: peñtus igno
rabas: a quo mittereẽ. Auctor nõ ẽ q tñ facit ſed q priceps ẽ & primus iubet: ut aliqd fiat Multaq; fieri poſſũt
ab aliquos: alio tñ auctore q nihil i his agat: ide illud apud Liuiũ frequẽter ut patres fiant auctores ut pinde
accipiat ac ſi ipſi iuſiſſent. Et ad militiã trãſlatũ auctore format: qđ ẽ eligere in militiã ex eo tractũ qđ niſi im
peratores ſenatu auctore bellũ gererẽt triũphũ merebanẽ. Cũ aũt illis auctoribus bellũ gerebãt quaſi auctora
tu ab illis nauabãt operã. Et miles auctoritatus ab iperatore ei operã pſtabat pceptus. ſ. i iura militaria & im
peratoris fidẽ. ide exauctorare diminuere ẽ & auctoramẽtũ ſignificat illã aſcriptionẽ ſimpliciẽ. Dabũt ueniã

## Sappho Phaoni

n Vnquid ubi aſpectã eſt ſtudioſæ lit-
tera dextræ.
Protinus ẽ oculis cognita nr̃a tuis?
An niſi legiſſes auctoris noia ſaph⁹
Hoc breue neſcires unde mouetur opus?
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris
Carmia: cũ lyricis ſim magis apta modis.
Flẽdus amor meus ẽ: elegia flebile carmen:
Nõ facit ad lachrymas barbitos ulla meas.
Vror: ut indomitis ignẽ exercentibus euris
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

mães. Laurẽti: ſ. n. uideo q̃re ille auctoramẽtũ pſtipẽ
dio accipiat: & ne auide hoc agere uidear. nõ refellam
oĩa illius teſtimonia. Vnũ illud ſatis nõ mõ iſirmũ ẽ
p illo: ſed p nobis firmiſſimũ: qđ ex Quiti. declama
affert: nec difficilẽ ſane ſub illo pſerti i auctoramento
miſſionẽ habuiſſet: ſed noluit gladiator uiuere. dicat
obſecro an auctoramẽtũ illic pro ſtipẽdio accipiatur
Nõ. n. gladiator illic faciebat ſtipẽdiũ: ſed pſtãs operã
uicariã obiiciebaẽ arẽæ: habuiſſet. iqt miſſionẽ ſub il
lo pſerti auctoramẽto. i. cũ ita eſſet aſcriptꝰ i gladiatu
rã. Nã p altero eũ acceperat munerarius: ut parua ei
uidereẽ futura iactura ſi iuueni miſſionẽ dediſſet au-
ctora ergo ipator militẽ cũ eũ aſcri. Nã qcqd deiceps
agit miles auctoratꝰ ad ipatorẽ refereẽ. Cui uictoriã
pat. Ita q qcqd ex liuio ille afer ex Sene ad hãc ſentẽtiã
noſtrã deduciẽ: ut i lib. noſtrarꝫ obſuationũ oñdimꝰ
Sapphus gẽitiuus grecus ẽ. Fabius qdẽ i prio iſtitu-
tio. ita ſcri. Nũc recẽtiores iſtituerũt græcis nomini-
bus græcas declinatiões potius dare: quod tñ ipſum
nõ ſemp fieri põt: mihi ãt placet latinã rationẽ ſeq quouſq; patiẽ decor. Neq;. n. iã calyſonẽ dixerim ut iuno-
nẽ: q̃q̃ apud ãtiquos Cæſar utiẽ hac ratiõe declinãdi: ſed auctoritatẽ ꝯſuetudo ſuperauit. In cæteris q̃ poterũt
utroq; mõ nõ indecenter efferri q græcã figurã ſequi mallet nõ latine qdẽ ſed citra rephenſionẽ loqueẽ qbꝰ ex
uerbis dicimus cæſarẽ fuiſſe dicturũ ſapphonis potius q̃ ſapphus: ſed tñ hoc nõ idecẽter efferri ſnia. Quiti. ut
ionẽ legis apđ plautũ: qđ grãmatici quoq; nr̃i obſeruaret. Carmina mea alterna elegica: nã alternis nũeris
ſuccedũt heroicis: i qbus claueret apud græcos Callimachus philetas. Alexãder. Aetholus. Antimachus. Ca
linus. Minerus. Tyrtheus. Lacedæmoniis: iſtituti elegi primũ deflẽdo deſiderio mortuorꝫ: mox ad amorẽs
traducti: ſed nomẽ tñ retinueẽt a miſerabili cãtu: quẽ oli fundebãt. na. ẽ miſerari. i. yricis modis nã & ſi
elegiã attigerat aliquãdo. Sappho tñ lyricis nũeris pſtabat: De lyricis aũt poetis & carmie require q̃ elucubra
uimus paulo ante i ultio ſyluarꝫ. Flẽdus amor rationẽ affert q̃re a lyricis ad elegos trãſierit. Ait. n. argumen
to operis ſe ipelli. poſſem inqt lyricis amores ẽt icludere. Sed lachrymis nõ cõuenit: qbus elegia manare ſo
let. Elegia flebile carmẽ ambitus ẽ recurrẽtis in ſe ſyllogiſmi. Tu inquit fortaſſe queris ſcribã elegos. amor
meus deſiendus ẽ. Eegia ẽ carmẽ flebile: ppterea nũc mihi magis ꝯuenit q̃ lyricũ: elegi uerbũ nõ placet. Frigi
dũ. n. ẽ elegia rõne ſyllabæ nõ offendit: cũ eodẽ iure alibi defendaẽ. Oui. in corynna. Venit adoratos elegia
nexa capillos: Et alibi. Flebilis idignos elegia ſolue capillos. Nõ facit: nõ ſatis eſt nec cõuenit. Barbitos Eſy
chius uerborꝫ græcorꝫ interpres docet barbiton eſſe genus citharæ lirice uel ipſam liram. polux locat eam
inter iſtrumenta quæ manu pulſanẽ. Strabo uero actor eſt nomen eſſe barbarum. Nam qui helicona muſis
cõſecrarunt thraces fuerunt & antiqui uates. Ephorus Orpheus. Muſeus. Tamiris: qui Baccho item Aſiam
cõſecrarunt in indiã uſq; barbari fuerunt. Vnde multa muſica inſtrumenta barbaris nominibus deſignanẽ
Vt nablia. ſambuca magades barbitos: Barbitos. i. ullũ carmẽ liricũ: uario aũt genere pfertur: maſculino ab
Hora Age dic latinum barbite carmẽ leſbio primũ modulate ciui. fœmineo ab ouidio. hic. Neutro ab aliis
multis chordis fuiſſe indicat. Theocritus qui eam appellat. Ager fertilis phenus ſege-
te. Ardet: ardere ſolet. Exercentibus. diuerſas in partes iactantibus Phaon: nomen liberti Neroniani cuius
meminit Trãquillus: Phaon Leſbius inſignis forma: deliciæ Sapphus carmine tantum amicæ nobilis. Ce
lebrat: tenet & colit. Aetnæ. ætna mons ſicilie notiſſimus ſortitus nomen ab ætna heroe ut Caſtor ſcri. nu-
mine loci: cuius filium leucrus quidã tẽporibus Tabe. ſe profeſſus loca finitima latrociniis infeſtauit: ſed
romam ductus dedit catanæ: item oppidũ ſiciliæ ætna olim dicebatur quod nomen incolis expulſis hiron
Rex dedit. De monte nunc intelligit ſub quo thiphœũ fulmine ictum eſſe poetæ fabulantur. Vir. illic dixit
eſſe entheladum. Syltus typhœũ ſub marme inſula. campaniæ ponit: Non ardenter ſortita typhœum mar-
me. Lucanus: cõdi us marmes æterna mole typhœus. idem Home. Sed libet hoc loco ambigere de noſtris
ſcriptoribus: qui ubi Home. dixit ideſt in rimis arimos pronuncians noſtri coniunctum cum
prepoſitiõe flexerũt. Marimẽ uſurpãtes. Home. uero: de. iſula cãpaniæ itellexiſſe: uel ille locus plinius. idicat
Home. Marie dicta a græcis pithecuſa nõ a ſimiarꝫ multitudine: ut aliq exiſtiauere: ſed a figulinis doliariorꝫ
Nimirꝫ id deſignãs qđ ſtra. ſcri. his uerbis de tipheo loquẽs ex armis ubi ſtratũ dñt eẽ. Tiphœea. Quidam
hãc fabulã i ſicilia fingũt: qdã pitecuſis: pſerti q ſimias dicũt ario ab ætrucis uocitari. pidarus certe i ſiciliam
ut ẽt. Qui. ſcri. tiphœũ excruciari ait his uerſibus Illũ ætna uiculis fortiſſimis arctat immẽſum pater cẽtima



VNiVERSiDAD DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

nōq́ tiphœū uero pater harpyaꝝ fuit:ut ē apud Vale flac. Tiphoidos:forma patronimica eſt a uoce græca deducta :unde tiphonides & tiphonis formaſ. Euris idomitis:uehemētibus & ferocibus. Arua diuerſa remota & pcul poſita. Nec mihi dipoſitis neruis:cōcinatæ cytharæ i qua olim ꝗttuor erāt nerui. Sed terpāder leſbis ſeptē cōpoſuit. Octauā ſymonides:nonā tymotheus. Inde illud diſticon i terpādrū. Hos tibi mutari chordaꝝ ꝗttuor uniuā.nou ꝑ ſeptē modulāu carmina neruos.iungā cū ſono cytharæ. Amphion āt primus cū cātu cythara uſus dicit:antea thamiras ſine uoce. Qui āt ſimul canūt cū cythara pſalloci tariſte dicunt. Nec mihi pireides:hūc locū multi negligēter fortaſſe legūt:cū tñ enarratiōe idigeat. Hūc aūt ſenſum ego eſſe arbitror:cū ſappho oñdere uelit ſe ad carmē nō moneri ulla ex his cauſis:qbus olim ſolebat tripli cē canēdi cām ait ſibi fuiſſe:aut cū furore poetico age rere:aut cū relaxās aium i ſiluis ſine curis uageretur i ter dryadas & hamadryadas:aut cū puellis ꝗs amabat blādiret:ꝗ ſibi theſpladū & mutaꝝ iſtar erāt. Nūc i qt:nec pierides ſubeūt.i.furor poeticus.nec dryades .i.nec relaxatio ai i ſyluis iter dryades ꝓuocāt me ad carmē. Nec cætera turba theſpiadū:nec amicæ:ꝗ terātia & reliꝗ carminis cā mihi arāt iā exhilarat aut delectāt:atq́ ita ois canēdi rō mihi ꝑiit. Pierides græci fabuloſiora ꝗdā de hoc noie tradiderūt. Stra. uero hiſtoriā ſecutus ita ſcribit:nā id planū ex locis i quibus culte ſunt muſæ.piera.n.olympus & dipla & lebertū quōdā loca fuere thraciæ & mōtes quos nūc macedones poſſidēt.qꝗ muſis Helicona ꝯſecrarūt. Thraces fuerūt Theſpiadū:theſpias prius iqt ſtra.nobilitauit cupido Praxitelis opꝰ ab eo ſculptū dono uero ꝯſecrauit theſpieſiba Glyceriū meretrix:i quo plus apud me ualet pauſaniæ auctoritas ꝙ phryne id dediſſe affirmat Vt i cōmēta ſyluaꝝ recitauimus cū pſertim uerſu græ. uulgatū :de quo pli.ita ſcribit.xxxv.nat.hiſtoriæ de praxitele tradēs eiuſdē cupido oblectus a Cice. Verri.ille ꝑpter quē theſpiæ uiſebant:Nūc octauiæ ſcholis poſitus. Tres aūt fuiſſe muſas tm̄ ſcribunt nōnulli:quibus Varro aſſentit. Is.n.tradit eaꝝ ſimulachra multiplicata fuiſſe quod i auci libus accepimus:atq́ ita habitas eſſe nouē. Homerus certe & heſio. huic numero adſti pulanſ. Homerus numeꝝ tantū nouē proferens. Heſiodus nunc uero addens ſingulaꝝ noia. Alcmeon cœli & terræ filias putauit:alii iouis & memoriæ nobili certe pictura fluuius nobilior Romā eius tranſtulit ex Ambracia. Vilis amicthone.ingenue hic fatetur ſe tribadē fuiſſe:& impudice amaſſe nō nullas:de quorum numero diſſentit ab eo quod ſcribit Suidas.ille.n.tres fuiſſe ſcribit:qbus ad libidinē uſa dicit ſappho. Theleſippam. Megaram. Athidē. Sed duarum nomina mutantur:quas hæc appellauit amytonem & cydno. Ille theleſippā & megarā:de tertia conuenit. Nam ab utroq́ athis dicitur:ꝗuis per medā ſit inuerſum. Nos uero emendantes ita legimus. Nec grata eſt oculis attis aut ante meis:nec ſi ita leges. Nec grata ē oculis meis atthios ante meis:& nomē puellæ deprauas & nullū colligis ſenſum. Aliæ centū: mille: centum & ſexcenta ſæpe pro infinito numero accipiunt. Cicero ad atticū ſcribens ſexcenta accipit ꝑ infinito:mille alii ſcriptores poetæ præſertim centum hoc loco ſappho. Nā non centū:ſed multas habuit puellas leſbias: qbus nō ad libidinē utebat:ſed eas erudiebat cythara.ex qbus tres clarueūt in primis eius diſcipulæ anagora mileſia: gongyla colophonia eunica ſolaminia:ut ex ſuidæ monumentis ante recitauimus aut eas in quotidianā conſuetudinē & familiaritatē acceperat. Horatius. Et popularibus gaudentem. Sappho puellis:omnino ita intelligendum eſt ante nominatas cōcubinas fuiſſe ſapphus.quas uero nunc deſignat fuiſſe diſcipulas t & ſine infamia fuiſſe amatas. Sine crimine.ſine criminatione & ſine repræhenſiōe:ꝗ non caruit in illis tribus. Hic oñdit de ſe popularibus ſuis intellexiſſe. Improbe dicimus improbū non tm̄ malum:ſed nimis auidū nec contentū etiam re immodica. Improbe qui nō cōtentus eſt tanto amore meo. Vnus hēs:ſolus poſſides. Quod fuit multaꝝ:ideſt affectus meos amatorios:quos in multas puellas diſpenſauerā pudice alias.alias impudice amando in te unum contuli.& quod multis erat tibi uni eſſe nō potuit. Eſt i te facies ætate & forma amabilis quiſpiā eē poteſt.quod utrunq́ cū in phaone ſit laſciuia ſappho formam & faciem tantū ſuſpirat. Anni apti luſibus. Ludos publicos dicimus numero multitudinis & ſpectacula ludus nūero unius pro exercitatiōe gimnaſtica.ut ludus paleſtræ. Ludus pilæ.deniq́ ludus dicitur cum multoꝝ cōuentus ab uno eruditus præceptore.ut ludus gladiatorius.ludus literarius. Luſus uero ad uoluptatē cōparati ſunt ſine ulla arte:& puerorum proprie dicuntur:contra ubi ars eſt & præmium ludus aleæ quaſi in ludo præceptore traditus certa diſciplina Fabius.nec me offenderit luſus in pueris. Eſt & hoc ſignum alacritatis. Tu inquit & formoſus.& ea ætate.quæ luſus non aſpernat ut propterea ſis etiam iocundior:O facies cum duo propoſuerit iucunda in phaone alterum quo magis alliciebatur repetit.& ingemiſcendo auget alibi. Oui. O facies oculos nata temere meos. In arte autem amandi luſus ineſſe oportere oñdit. Ludendo ſæpe parat amor:Fidem.i.cytharam. Fides autem proprie cytharæ neruos ſignificat.ſed pro cythara accipitur. ut etiā a papi. Tentat audaci fide Mantuanæ gaudia famæ. Fidicula.item neruus eſt. ſed ꝓprie quo ad tormenta utebant. Pro neruo ſimpliciter trāquillus in tyberio. Veretris deligatis fidiculaꝝ ſimul urinæq́ tormēto di

Arua phaon celebrat diuerſa typhidos aetnę
 Me calor ætneo non minor igne tenet.
Nec mihi diſpoſitis iungā quæ crimia neruis
 Proueniunt uacuæ carmina mentis opus.
Nec mihi pierides ſubeunt driade ſuc puellæ
 Nec me theſpiadum cętera turba iuuat.
Vilis amithone. uilis mihi candida cidno:
 Non oculis grata eſt atthis ut ante meis.
Atq́ aliæ centū:quas hic ſine crimine amaui
 Improbe multaꝝ quod fuit unus habes.
Eſt in te facies:ſunt apti luſibus anni:
 O facies oculis inſidioſa meis.
Sume fidē:& pharetrā:fies māifeſta apollo



